



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 1. Pauperum diuitias esse regnum cælorum spe & re.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

## C A P V T XI.

*Pauperam diuitias, esse Virtutes.*

*Pauperum diuitias esse regnum cælorum  
ſpe & re.*

Prou, 13,  
7.

Vàm verè dixit Salomon? *Eſt quā  
diues, cùm nihil habeat: & eſt quā  
pauper, cùm in multis diuitijs sit.*  
Quid enim pauperius diuite, cui non  
lùm admodum difficile eſt, intrare in regni  
cælorum, ſed etiam ſi vult intrare, debet in-  
trare per pauperum preces, & ab illis, ſi  
pe data, cælum quodammodo emere? Vo-  
de meritò censetur magna pars diuitiarum,  
quas poſſident, ad pauperes pertinere; ſiue  
deinde titulo iuſtitiae, ſiue charitatis ad eos  
pertineant. Quia certè, etſi, vt D. Chryſo-  
ſtومus dixit, *Diuītia non ſunt peccatum, m-  
men peccatum eſt, eao non diſtribuere pauperi-  
bus.* Atque hinc etiam eſt quāsi pauper, cùm  
in multis diuitijs sit; nam ad illum pertinent,  
quæ diuitibus ſupersunt. Accedit, quod  
ſint diuitiae maxima, non egere diuitijs. Quia,  
ſi rem recte ac ſuis momentis volumus pon-  
derare, diuitiae ibi demum veræ ſunt, ubili-  
tua non corrumpt, profectò neceſſe eſt, pau-  
peres eſſe in multis diuitijs, quoniam ipſorum

Matth. 5,  
3.

est regnum calorum, non spe duntaxat, sed etiam re, quia etiam adhuc in hac vita degentes potentiam habent, illud alijs, dicto modo, largiendi. Hinc enim Seruator non ait: *Ipsorum erit, sed Ipsorum est regnum calorum*, potestate scilicet. Erit autem etiam possessione, quia, ut sanctissimus Antistes ait, *soli illi, qui se cognoscunt pauperes, & confitentur tibi, Domine Deus, paupertatem suam, ditabuntur a te: quoniam qui se dinites existimant, cum sint pauperes, a tuis dinitiis inuenientur exclusi*. Et alio loco: *Felicitas magna Idem in Christianorum, quibus datum est, ut per paupertatem faciant premium regni calorum. Non tibi dispiceat paupertas tua, nihil ea potest ditius inueniri. Vis nosse, quam locuples sit? Calum emit. Quibus thesauris conferri possit, quod paupertati videmus indulatum?* Ac rursus alibi. *Vobis dico, pauperes, qui mendicatis, qui de eleemosyna Christianorum viuitis. Consolamini, consolamini, tribulatio vestra conuertetur in latitiam, & dolor vester in gaudium. Non vobis sit ingratum, quod mendicatis, nec ideo in corde vestro aliquid contra Deum dicatis, quia ille iustus & pius, in omnibus operibus suis. Et ideo te fecit pauperem, ut sufferendo breuem inopiam, aeternam vitam acquireres.*

R 4

Et

S. Augu-  
stin. lib.  
soliloq.  
cap. 15.

Idem ser.  
3. de Na-  
tiuit,

254 Cap. XI. Pauperum dinitias,  
Et diuitiem ideo fecit, ut dum tibi superflueret, remedium peccatis suis acquireret. Redi  
igitur vereque dixit Christus: Beati paupe  
res spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælo  
rum.

S. II.

Regnum cælorum, quod pauperum esse dicitur,  
varie accipi.

Quamquam etiam aliud mihi insuper  
detur latere arcanum in his verbis. Regnum  
enim cælorum non solùm est in cælo emp  
reto, vbi beati cum Christo regnabunt in  
perpetuas æternitates; verùm etiam in ter  
ris. Nam varie in diuinis litteris regnum  
cælorum, & regnum Dei accipitur. 1. Pro  
vita beata & præmio, quod Sanctis datur,

Matth. 7. vt cum Christus dicit: Non omnis, qui dicit  
21. mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cæ  
lorum, quia non itur ad cælum verbis, sed

Matth. 3. factis. Id ipsum intelligit S. Ioan. Baptista,  
3. cum ait: Pœnitentiam agire, appropinquare  
enim regnum cælorum: dicitur enim appro  
pinquare regnum cælorum, quia cum an  
tè clausum fuisset, paulò post per mortem

Christi erat aperiendum, ante quam nemo  
in cælum ingressus est. 2. Pro Ecclesia, vt

Matth. 8. cum dicitur: Multi ab Oriente & Occidente  
8. venient,